

1.2.

18 [Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς]

*Ἡ διάταξις ἀφορίζει τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως ἑβδομήκοντα λίτρας χρυσίου πρόσ-
οδον εἰς τὸ τὰς κηδεῖας ἀδαπάνους ἐν Κωνσταν-
τινουπόλει γίνεσθαι καὶ μέχρι τῶν νέων τειχῶν
καὶ Βλαχέρναις· αἱ γὰρ Συναὶ μέρος εἰσὶ τῆς
πόλεως. Ὅριζει κατὰ τῶν παραβαινόντων πο-
νὴν ἀνὰ πενήκοντα χρυσίου λετρῶν.*

id est:

Idem A.

Neque ex sacra forma vel praefecti vel cuiuslibet iudicis iussu
militaris annona ad venerabiles domus vel clericos vel monasteria
transferatur, cum corpora iam numeris deficient.

1.2.19

Imp. Iustinianus A. Menae pp.

Illud, quod ex veteribus legibus licet obscure positum a quibusdam
attemperabatur, ut donationes super piis causis
factae, licet minus in actis intimatae sint, tamen
valeant, certo et dilucido iure taxamus, ut in aliis
quidem casibus vetera iura super intimandis donationibus
intacta maneant: si quis vero donationes
usque ad quingentos solidos in quibuscumque rebus
fecerit vel in sanctam ecclesiam vel in xenodochium
vel in nosocomium vel in orphanotrophium vel in
ptochotrophium vel in ipsos pauperes vel in quamcumque
civitatem, istae donationes etiam citra actorum
confectionem convallescant: sin vero amplioris
quantitatis donatio sit, excepta scilicet imperiali donatione,
non aliter valeat, nisi actis intimata fuerit:
nulli danda licentia quacumque alia causa quasi pietatis
iure subnixae praeter eas, quas specialiter exposuimus,
introducenda veterum scita super intimandis
donationibus permutare.

[D.] ... dn. Iustiniano pp. A. [II cons.] [a. 528]

1.2.

20 [Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς]

Μηδὲ ἀπὸ θελον τυπὸν ἢ ἀρχικῆς προστάξεως ἢ οἰουδήποτε δικαστηρίου στρατιωτικῆς σίτησις εἰς ἐκκτηρίους οἴκους ἢ κληρικοὺς ἢ μοναστήρια μεταγέσθω, ὡς ἐλλειπόντων δῆθεν τοῖς ἀριθμοῖς σωματείων .

id est:

Idem A.

Neque ex sacra forma vel praefecti vel cuiuslibet iudicis iussu militaris annona ad venerabiles domus vel clericos vel monasteria transferatur, cum corpora iam numeris deficiant.